

*Agen, ubi fuit Aginnum oppidum Nitiobrigum in Aquitania, rep. a. 1891 (XIII 914 ad ectypum).*

**3119** Iunonibus sacrum | M. Magius M. l. Amarantus | IIII vir et | Magia M. f. Vera, Magia M. l. Ilias, | aedem, signa III, portic. cum mace-  
ceris [et] | culina et locum in quo ea sunt, | votum solverunt, | loco  
privato.

*Aquileiae (V 781 aliquoties descripta saeculis prioribus).*

**3120** Domnab.<sup>1</sup> | sacrum | Sex. Baebius | Bai. f. vet. ex classe | vestia-  
rius | v. s. l. m.

*Aquileiae (V 774 semel descripta saec. XV). — 1) DOMNA·B traditur.*

**3121** Iunonib. | montan. | Cinnamis | v. s.

*Nemausi (XII 5067 Hirschfeld vidit ectypum).*

**3122** Iunonib. | Mátrón. | ex visu | C. Vir. Max. (*in utroque latere*)  
lun. | C. V. M.

*Comi (V 5249 vidit Mommsen). — Alius titulus Matronis Iunonibus dedicatus  
est V 5430.*

**3123** Genitor Iunonem dedicat  
alteque Pompeiae locat.  
Levamen hoc doloribus  
lacrimisque pausam creditit.  
At nunc videndo iugiter  
et fletum et gemitus integrat.

*Sufetulae (Sítla) in Africa (VIII 231 = 11405 vidit Wilmanns; Buecheler  
carm. epigr. n. 220). Versus sunt acrostichi nominis Gallae. Titulus pertinebat  
ad imaginem Pompeiae Gallae habitu Iunonis dedicatam, eodemque vel adeo po-  
tiore iure collocari potuit inter sepulcrales. — Titulos Iunonibus mulierum dedicatos  
vide infra inter sepulcrales (cf. item N. 116. 5644. 5645).*

**3124** Menerva sacru | Lr. Cotena Lr. f.<sup>1</sup> preto[r]<sup>2</sup> de | zenatuo sen-  
tentiad voatum | dedet<sup>3</sup>; cuando datu rected | cuncaptum<sup>4</sup>.

*Falerii rep., lamina aenea, est Romae (XI 5081 vidit Bormann; imaginem  
dedit Zvetaieff inscr. Ital. med. dialectic. tab. VII n. 4 cf. p. 58 n. 68). Scripta  
est litteris non Latinis sed Faliscis. — 1) Lars Cotena Lartis filius. — 2) Ultima  
littera Q, errore fabri aerarii, qui Etruscam litteram pro Falisco (H) huc intulit,  
— 3) Intellege: quod votum erat, dedit. — 4) Videtur significari, quocunque tem-  
pore dedicatum, recte dedicatum esse cf. Liv. 22, 10, 4; 36, 2, 5 (id autem repe-  
titum ex formula voti concepti); quamquam concipiendi vocabulum quomodo hic  
adhiberi potuerit, obscurum (Mommsenus intellegit: aliquando, i. e. suo tempore,  
datum; recte conceptum).*

**3125** . . . [Me]nerva dono de[det].

*Romae rep. in Esquiliis, inter vias Macchiavelli et Buonarroti, ubi templum  
Minervae Medicae fuisse videtur, fragmentum vasis fictilis (VI 50980 vidit Huelsen;  
Gatti bull. comunale 1887 p. 184 cum imagine tab. IX).*